

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7423

**Autre(s) référence(s) :** Round 384

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1181-1189]

**Lieu d'émission :** Montfort-sur-Risle

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye du Bec.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXLIV, t. 2, p. 375-379.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 384.

## Dissertation critique

« 1181-1189 ? » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 375-376.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime patris mei G[aufredi], comitis And[egavorum], et matris mee M[athildis] imperatricis, et pro salute mea et omnium antecessorum et heredum meorum, Deo et Sancte Marie et monachis de Becco omnes donationes et elemosinas ecclesiarum, decimarum, terrarum et reddituum, possessionum et omnium quarumlibet aliarum rerum, que eis facte sunt in tota terra mea, tam in Normannia quam in Anglia, videlicet: Ex dono Radulfi Dastin, ecclesiam de Duranvilla, cum terra et decima, etc. Ex dono Roberti Malet, sedem unius molendini juxta Rosteriam (?) et unam acram terre. Ex dono Ricardi filii Herluini, medietatem ecclesie Sancti Christophori. Ex dono Ricardi, filii Gisleberti comitis, ecclesiam de Luceio cum terra et decima, etc. +Ex dono Fulconis de Alno et hominum suorum, manerium de Mesnillo Simonis, cum ecclesia et omnibus ecclesie et manerii pertinentiis. +Ex dono Alberede,

sororis ejusdem Fulconis, assensu et voluntate ipsius, terram de Groselers, que est juxta Landam sita, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono primi Hugonis de Gornaco et Girardi filii, decimam totius domini sui de Fordeham, et Listona et Alee et ecclesias ipsarum villarum cum terris et decimis, etc. Ex dono Henrici de Ferrariis et uxoris sue, decimam trium maneriorum in Anglia, etc. Ex dono Godefridi de Marboe et Wakelini fratris ejus et Wimondi cognati eorum, qui omnes apud Beccum facti sunt monachi, tres carrucatas terre apud Marboe et apud Faipou, et omnes decimas terrarum suarum in eisdem villis et septem hospites et dimidium. +Ex dono Balduini filii comitis Gisleberti, terram suam de Pulleta juxta Sapum, cum omnibus hospitibus et pertinentiis, et in Nova Villa quasdam terras et decimam molendinorum suorum ; et ex dono ipsius ecclesiam de Bosco Ranulfi, cum jure patronatus et advocacionis et omnibus aliis rebus ad eandem pertinentibus. +Ex dono Radulfi de Grolai, quando factus fuit canonicus, ecclesiam de Huaneria, cum jure patronatus et advocacionis et decima et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinentiis. Ex dono Gaufridi de Berou et Agnetis uxoris sue, ecclesiam de Donna Maria, cum terra et decima, etc. ; et in villa de Plesseis duas carrucatas terre, et ecclesiam ejusdem ville, cum terra et decima et molta et furno. Item ex dono ipsius Gaufridi, ecclesiam de Valle David, cum terra et decima, etc. Ex dono Willelmi de Tornebu et Ade uxoris ejus et Willelmi filii eorum, ecclesiam et decimam de Crikeboe. Ex dono Rogerii Harenc, medietatem ecclesie Sancti Petri de Sarenes et decimam, et ecclesiam Sancti Christophori, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Odonis filii Turoidi et Eustachie uxoris ejus, ecclesiam de Belsath, cum omnibus pertinentiis suis, et medietatem ecclesie de Contevilla, et quartam partem ville que dicitur Formeria, et ecclesiam de Longo Mesnillo cum terra et decima. Ex dono Herluini filii Helgoti, ecclesiam de Fokevilla, cum terra et decima, etc., et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum tota decima. Ex dono Go..... tres partes ecclesie et decime de villa que dicitur Olmes. Ex dono Walkelini de Manceles et sororis sue, ecclesiam Sante Marie de Ajou, cum jure patronatus et advocacionis, et decima et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinentiis, et XX. acras terre prope eandem ecclesiam. Ex dono Roberti de Belfou, quidquid habebat in burgo Sancti Georgii de Wivera, et ecclesiam de Beverone, cum terra et decima et omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono Alveredi de Gamaches, ecclesiam de Eschoies, cum terra et decima [et] omnibus pertinentiis suis, et terram ad unam carrucam in eadem villa. Ex dono Ivonis de Grentemesnil, manerium in Anglia quod vocatur Anna, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Rogerii de Cormeliis et uxoris sue et heredum suorum, ecclesiam et decimam de Lomis. Ex dono Radulfi Cabot, quidquid habebat in ecclesia et decima de Furcis. Ex dono Radulfi de Cresseio et Adeliz uxoris ejus, ecclesiam de Monsteriolo [in] Caletto, et ecclesiam de Bosco Bernardi, cum terris, decimis, etc. Ex dono Henrici comitis de Warwic et Margarite uxoris ejus, terram et boscum de Appegard. Ex dono Margarite, quicquid habebat ad Crucem juxta vivarium Parci. Ex dono Willelmi Malet, manerium quod vocatur Mesnil Joscelini, cum ecclesia et omnibus ejusdem manerii et ecclesie pertinentiis. Ex dono Roberti de Putot, ecclesiam de Folevilla cum terra et decima, etc. Ex dono Gaufridi de Berou et Berengerii filii Simonis Barefol, ecclesiam de Esmalevilla cum terra et decima, etc. Ex dono Ricardi decani Ebroicensis, ecclesiam Sancti Martini de Rubeo Monasterio, cum terra et decima, etc. Ex dono Haimeri de Valle, ecclesiam de Nacendis cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de Gloton, archidiaconi Ebroicensis, ecclesiam de Marnefai, cum omnibus pertinentiis suis. +Ex dono Roberti de Monte Forti, ecclesiam Sancti Andree de Appevilla, et ecclesiam Sancti Petri de Monte Forti, et ecclesiam Sancti Audoeni de Froulancourt, cum terris et decimis et omnibus earundem ecclesiarum pertinentiis. Ex dono Adeline, sororis ipsius Roberti, ecclesiam de Rouetot, cum decima et omnibus aliis pertinentiis suis. +Ex dono Rogerii filii Ricardi, manerium de Colevilla cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Roberti de Moritonio et Ricardi fratris ejus, LX. acras terre apud Lurreium. Ex dono Rogeri de Thebovilla, medietatem cujusdam manerii in Anglia quod dicitur Widone ; et ex dono Willelmi filii ejus, ecclesiam Sancti Lamberti, et aliam medietatem predicti manerii de Widone, cum ecclesia et decima ejusdem manerii, cum omnibus rebus ad eundem (sic) manerium et eandem ecclesiam pertinentibus, et decimam redditus sui de Ponte Autoni, et redditibus extra positis, et molendinum de Malassis, cum terra molendinarii, et quicquid habebat juxta predictam ecclesiam Sancti Lamberti, hoc est terram, hospites, prata, gardinum alveum usque, etc. Ex dono Gaufridi de Gargesale, ecclesiam et decimam de Hairuncel, et quosdam hospites et terram ad unam carrucam. Ex dono Ricardi de Romilleio, quidquid habebat in villa et parrochia de Plessis Mahiel. Ex dono Herberti presbiteri, ecclesiam de Ponte Auto, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de Harecort, molendinos (sic) juxta vadum Risle apud Chaumont. Ex dono Roberti de Belfou, filius Baivel quicquid habebat in Boseval. +Ex dono Thome Bardolfi et Rohais uxoris sue, ecclesiam de Bernouville, cum jure patronatus et advocacionis et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinentiis. +Ex dono Frogerii, Sagiensis episcopi, ecclesiam de Reveillon, cum decima et omnibus ejusdem ecclesie pertinentiis. +Ex dono Willermi Crispini, ecclesiam de Droecurt, cum terra et decima et omnibus ejusdem ecclesie pertinentiis. +Ex dono Girardi de Gornaio et Basilie matris sue, medietatem totius manerii de Longolio, cum omnibus ad ipsum manerium pertinentibus. +Item ex dono ipsius Girardi et Basilie

matris ejus, ecclesiam de Brannost, cum terra et decima et omnibus que ad eam pertinent, et manerium de Bosco Girardi, cum omnibus pertinenciis. +Ex dono Willelmi Malet, manerium de Contevilla, cum ecclesia et omnibus ejusdem ecclesie et manerii pertinenciis. +Ex dono Hugonis de Gornaio, decimam de prepositura et portione sua in villa de Escochei et pertinenciis suis. +Ex dono Willelmi clerici portionem illam quam habebat in ecclesia et decima de Longolio. +Ex dono Hawisie de Monbaston, terram dominii sui de Monbastone, quam dedit quando se reddidit ecclesie Becci et habitum religionis suscepit. Ex dono Roberti de Tostes, quicquid tenebat de Rogerio filio Ricardi in honore de Cambaio, in terris et in hospitibus et in redditibus. Hec autem omnia predicta ecclesie et monachis de Becco concessi et presenti carta confirmavi, habenda et tenenda cum omnibus ad ea pertinentibus in perpetuum. Quare volo et firmiter precipio quod ipsa ecclesia de Becco et ejusdem loci monachi habeant et teneant omnia hec predicta bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis.

Testibus : Johanne de Constanciis archidiacono Oxenefordie, Willelmo clerico de Camera, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Eudone et Rogero de Fontibus.

Apud Montem Fortem.